

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gloria mala siue uana x
cum fonte primo

Dicebant apud se, si benefecerimus cum pauperibus, quis illud uidet?
Et si uiderint, non multi uident; et si multi uident, pro tempore uident.
Transit tempus et cum tempore beneficii memoria.
Melius est ergo edificia facere que aspiciant omnis,
non in hoc tempore solum, sed eciam in posterum.

O insipiens, quid tibi prodest post mortem ista memoria,
si ubi es torqueris, et ubi non es laudaris?

Crisostomus super Mattheum.

Dicebant enim apud se: Si bene fecerimus pauperibus, quis illud uidet?
Et si uiderint, non multi uident: et si multi uiderint, pro tempore uident.
Transit enim tempus, et transit cum tempore benefacti memoria.
Nonne ergo melius aedificia facimus, quae omnes aspiciunt,
non solum hoc tempore, sed etiam in posterum?
Nam quamdiu aedificium permanet,
tamdiu aedificantis memoria nominatur.
O insipiens homo, quid tibi prodest post mortem ista memoria,
si ubi es, torqueris: et ubi non es, laudaris?

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaem*, 45
(PG 56, col.886).